



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Bavariae Sanctae Volvmen ...**

**Rader, Matthäus**

**Monachii, M.DC.XXIV.**

S. Verona Cvm S. Verono Fratre.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79699](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79699)

# S. VERONA

CVM S. VERONO FRATRE.

15CCCCVIIII.  
17. Cal. Sept.  
Iacobus Mennekin in  
SS. Austria.



Obilissima & sanctissima planéque caelestis virgo patrem habuit Ludouicum regem primùm Boiariæ, post Austrasiæ seu Lotharingiæ regem appellatum, Ludouicum P. Imperatorem auum; Carolum M. proauum. Hæc cum, permittente, vt VVion docet, patre apud Rhenum monasterium ex suo nomine Veronhouc nuncupatum construxisset, illud ipsum ingressa & sanctimonialis consecrata ita pie & sanctè conuersationem suam instituit, vt post mortem, diuorum catalogo adscripta meruerit etiam à mundo honorari 29. Augusti, quo ex hac vita migravit, anno vt colligo 15CCCCVIIII. Moguntia, vnde postmodum translata est ad monasterium S. Crucis inter Louanium & Furam vbi nunc digno quiescit honore.

Molanus in SS. Belg.  
29. Aug. & Na-  
tal. Sanctæ. Belg.  
eodem die de vitrog.  
indiculo p. 76.  
Veronus 30. Martij,  
& 31. Ianuarij.

S. Virgini, Molanus S. fratrem Germanum adiungit Veronum. Sanctus, inquit, Veronus frater S. Verone sepultus est in Lemba quondam opido in confinio Hannoniæ & Brabantia: sed corpus inde ad tutiorem locum est translatum, ad montes videlicet Hannoniæ. Dies transitus recolitur 30. Martij: Inuentionis 31. Ianuar.

Mihi in his duobus sanctis illud duntaxat venit in mentem dubitare, an fuerint reuera Ludouici regis Boiariæ, Pij filij, Caroli nepotis liberi, quod nulla horum in eius vita, nec in chartis & scriptoribus Francorum mentio sit. VVion hoc affirmat, mihi non vbi que certus auctores prisca Ludouico Boiariæ regi tres assignant filios tantum, Carolomannum Boiariæ & Italiæ regem, Ludouicum Germaniæ & Boiariæ; & Carolum III. Imperatorem, Suspitari Veronum & Veronam naturales fuisse Ludouici, fortasse non improbum sit, nisi fuere Ludouici, nepotis Ludouici Pij, pronepotis Caroli M. quod non auisim affirmare.



S. MAIN.